R. P. LVDOVICI

GRANATENSIS CONCIONVM IN EPITOMEN REDACTARVM,

TOMVS PRIMVS:

POSTILLAS ET HOMILIAS IN totius anni de Tempore Euangelia continens.

Opera F. Petri Merſſei, Cratepolij, Inſtituti D. Franciſci Fratrum Conuentualium Coloniæ.

Huic ſecundæ editioni INDEX rerum copioſus acceſſit.

LVGDVNI,
Sumptibus Sibillæ à Porta.

M. D. XCII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

S. D. N. SIXTO QVINTO, SVMMO PONTIFICI A DEO OPTIMO MAXIMO SALVTEM *& æternam felicitatem.*

CVM anno ſuperiori fama ad nos longè deſideratiſſima percrebuiſſet, Beatitudinem tuam ad Apoſtolici apicis faſtigiū ex tot doctiſſimis & maximè piis viris, quos felix alit Italia, promotam; non potuimus non & nobis (de quorum euectus ob ſingulares tuas virtutes es ſocietate Pontifex Maximus) congratulari, & Domino Deo maximas proinde dicere & agere gratias. Quare & nos occaſionem aliquam omnibus modis quæſiuimus, vt animi noſtri promptitudinem, in tuam Beatitudinem declararemus, & aliquid officij, humilis ſane obſequij, in Patrem noſtrū ſignificaremus. Verùm cum externam nullam (quid autem internè, tuam Sanctitatem Domino Deo commendando, præſtiterimus, cordium perſcrutator nouit) habere potuimus, papyraceo aliquo xenio congratulandi arripuimus anſam. Circumferebātur celeberrimi illius eccleſiaſtæ D. R. Patris Ludouici Granatenſis Homiliæ, & ab omnibus ferè cupidè legebantur tere-banturque. Vt autem tenuioris fortunæ ſtudioſis

DOMINICA PRIMA ADVENTVS DOMINI, CONCIO, QVÆ ET EVANGELICAM EXPLAnat lectionem, & ſacri temporis explicat rationem.

THEMA. *Inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, ſoluite & adducite mihi, &c.* Matth. 21.

QVONIAM hodie Domini Aduentus myſterium Eccleſia incipit celebrare: quo & ſermo noſter à temporis ratione non diſſideat, duo in eo tractanda conſtitui. Primum enim priorem lectionis Euangelicæ partem explicabo, deinde verò de huius ſancti tẽporis ratione (quod nunc incipit) pauca diſſeram. Vt autem vtrumque, & quæ interim ad rem pertinentia inciderint, tractare pro dignitate valeam, cæleſtem opem, ſacratiſſimæ Virginis interuentu, ſuppliciter imploremus.

PATER NOSTER. AVE MARIA.

In lectione ſancti Euãgelij, Auditores, ingreſſus Domini in Hieruſalem cum triumphali pompa, & magna ciuium cõgratulatione, deſcribitur. Ingrediente enim illo vrbem, poſt celeberrimum illud ſignum, quo quatriduanum Lazarum à mortuis excitauerat, plurima turba illi obuiam veniens, diuino magis quàm humano ſpiritu acta, ſtrauerunt veſtimenta ſua in via; alij autem cædebant ramos de arboribus, & eos ſternebant in via. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ ſequebãtur, clamabant dicentes: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini. Cùm autem Dominus ab huiuſmodi populari gloria (quamdiu inter homines homo verſatus eſt) ſemper abhorruerit; hic tamen non ſine euidentibus rationibus, præter ſolitum morem, admiſit. Quæſtionis modum Apoſt. ſoluit: Qui propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit crucem, cõfuſione cõtempta. Alio quoque loco hanc rem indicat: Sicut enim per vnius hominis inobeditionem peccatores multi conſtituti ſunt: ita &

Ioan. 11.

Chriſtus gloriã mũdi eſt aſpernatus ſemper.

Heb. 12.

Rom 5.

R. P. LVDOVICI

GRANATENSIS

CONCIONVM IN EPITOMEN REDACTARVM,

TOMVS SECVNDVS:

POSTILLAS ET HOMILIAS IN præcipua Sanctorum feſta continens.

Opera F. Petri Merſſei, Cratepolij, Inſtituti D. Franciſci Fratrum Conuentualium Coloniæ.

Huic ſecundæ editioni INDEX rerum copioſus acceſſit.

LVGDVNI,

Sumptibus Sibillæ à Porta.

M. D. XCII.